Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



69

ut uideret die meu. et uidit et gauisus est. Id est die quando iste nupti
facte sunt. quando xpc sponsa sua id est scam ecclesia ppro sanguine
redimere dignatus est. eaq; sibi in paterno regno aeterne pacis uisione
copulauit. Et deficiente uino. dixit mat ihu ad eu. Vinu non habent.
Deficiebat eis uinu in uetere testamento. quia lege quam acceperant
iudei non intellegebant spiritali sensu plena esse. Dicit ei ihc. Qd mihi
et tibi est mulier. Nondum uenit hora mea. Ac si dixisset.
Humanitas quam a te sumpsi hoc signum perficere non potest.
ut non solum iudei sed omes gentes intellegant scas scripturas spi
ritali sensu habundare. Nondum uenit hora mea. id est nondum uenit
hora passionis mee. quando pro salute mundi morte suscipere disposui. Tunc ostendetur quid sit qd a te sumpsi. et quam fragilis huma
na natura sit. que potest et mori et ante morte pauere. sic ipse dns
ait. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Iterum. Spr quidem promp.
caro autem infirma. Potest etiam et alio modo intellegi qd dns dixit qd
mihi et tibi est mulier: nondum uenit hora mea. quasi dixisset. Nondum
uenit adhuc illa hora quando nra gens id est iudeae conuertatur ad
dnm. et intellegat lege di secdm spiritale sensum. Veniet autem hora mea.
id est illa hora quando intrabit ad fidem omnis plenitudo gentium.
et tunc omnis ppls isrl saluus fiet. Dicit mat eius ministris. Qd cumq;
dixerit uobis facite. Hoc dicit maxima fiducia. qa sciebat qd xpc pro
sua pietate illa et audiret deprecante. Erant autem ibi lapideae hydriae
sex positae secdm purificationem iudeae. Dicit eis ihc. Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas usq; ad summum. Sex hydriae sex aetates mundi
significant. in quibus omnibus semper electos suos dns et mundat
eruditque. Que omia precepta illis uidetur aqua fuerunt. ante quam xpc
veniens ea in uinum. id est. in intellectum spiritale conuertit. Prima
aetas fuit ab adam usq; ad noe quando diluuium fuit super omnem terram.